

## IN PSALMUM CXLVI

(1.) Intenti audiebamus, cum psalmus praesens cantaretur, et non omnes qui audiebamus, etiam intellegebamus. Quanto magis ergo intente nunc audiendus est, si, ut spero et cupio, adiuuantibus omnium audientium orationibus, si quid hic forte obscurum est, deo donante revelabitur, ut sit fructuosus auditus, 5 nec inanis redeat auditor, qui intentus adfuit cum audiret!

v. 2 Unde coepit? Nobis dicitur: LAUDATE DOMINUM. Dicitur hoc omnibus gentibus, non solis nobis, et istam vocem per loca quidem singula sonantem a lectoribus singillatim audiunt ecclesiae. Una vox tamen dei super omnes non tacet, ut laudemus eum. Et quasi quaereremus quare laudare dominum debeamus, videte quam causam attulit: LAUDATE DOMINUM inquit QUONIAM BONUS PSALMUS. Haec est merces tota laudantium! Laudemus dominum. Quare? QUONIAM BONUS PSALMUS. ‘Vellem ego, inquit aliquis, laudare dominum, si mihi aliquid pro ista laude donaret. Quis enim laudet gratis vel hominem?’ Exspectant ergo aliquam mercedem laudatores hominum: nullamne mercedem mi 1899 exspectare aut petere aut sperare debet laudator dei? Laudatur infirmus, et speratur de illo aliquid; laudatur omnipotens, et nulla merces est? An forte hoc cupio quod ille dare non potest? Quid homo desiderat, quod in manu dei non sit? Cum laudaveris hominem, forte hoc cupis quod ab illo praestari non potest: 20

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 1, 7 unde] *inc.*  $f_3$  | laudate] *inc.*  $K$  8 nobis] *des.*  $K$  11 et] *inc.*  $K$   
 13 psalmus] *des.*  $K$

---

**In ps. CXLVI.** 1, 3 si ut] sicut  $\alpha$   $P_7$   $P_{23}$   $P_{15}$  6 audiret] audire  $C_1$   $P_7$ ; diceret  $\varepsilon$   $C_1^2$   $So_1$   $Y$   $D$   $X$  10 tamen dei vox *tr.*  $\zeta$  11 dominum laudare *tr.*  $\delta$  deum  $\zeta$  *ma* 13 hoc  $\delta$  | merces \**rep.*  $K$  14 quare *om.*  $C_1$   $P_7$  | bonus] est *add.*  $K$   $P_{23}$   $Y$  | ego] ergo  $\delta$  16 laudat  $\delta$  17 nullamne] ne *om.*  $\alpha$   $P_6$  19 eo  $X$   $P_6$  *ma* 20 non potest dare *tr.*  $X$  *ma* 21 cum] enim *add.*  $\delta$

deum securus lauda, quem nemo potest dicere non posse prae-  
 stare quod tu poteris desiderare. Proposita ergo spe mercedis ali-  
 cuius laudare debemus deum, non tamen daturum quidquid cupi-  
 25 mus. Pater est enim, et quod male cupiunt filii, non dat. Laude-  
 mus et speremus et desideremus non illud aut illud, sed quod  
 iudicat dandum esse quem laudamus. Ille enim novit quid nobis  
 dari expediat; nos autem intendamus quid nobis prosit accipere.  
 cc 2122 Apostolus ait: *Quid enim oremus, sicut oportet, nescimus*. Et ipse  
 idem apostolus Paulus sperabat sibi prodesse, si auferretur ab illo  
 stimulus carnis suae, angelus satanae a quo colaphizabatur, sicut  
 ipse confitetur et ait: *Propter quod ter dominum rogavi, ut auferret*  
*eum a me; et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infir-*  
 35 *mitate perficitur*. Desideravit aliquid: non concessum est ad  
 voluntatem, ut consuleretur ad sanitatem. Hic ergo quid nobis  
 propositum est? LAUDATE inquit DOMINUM. Quare laudamus  
 dominum? QUONIAM BONUS PSALMUS. Ipse psalmus laus domini  
 est. Hoc ergo ait: LAUDATE DOMINUM, quoniam bonum est lau-  
 40 dare dominum. Non sic praetereamus laudare dominum. Dictum  
 est, et transiit; factum est, et tacuimus; laudavimus, et siluimus;  
 cantavimus, et conquivimus. Imus in aliud forte agendum quod  
 restat, et aliae actiones cum occurrerint nobis, laudatio divina

---

1, 30 Rom. 8,26 33-35 2 Cor. 12,7-9

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A Hi$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 38 ipse] inc.  $K$  40 dominum<sup>1</sup>] des.  $K$

---

23 lauda] deum *praem.*  $\delta$  26 mali  $\varepsilon \gamma_1 T ma$  | filii cupiunt *tr.*  $\zeta$  | dat] laudat  
 $\gamma_1$  (laudant  $P_7$ ) 28 dari nobis *tr.*  $\zeta$  29 dare  $C P_7$  30 idem ipse *tr.*  $\pi \varepsilon \zeta P_{23}$   
 31 eo  $\zeta$  33 dominum *tr.*  $X ma$  | auferret eum] auferretur  $\zeta$  36 conso-  
 letur  $N C_1 P_7 Y$ ; consolaretur  $\delta An_4$  | nobis] nolens  $C_1 P_7$  37 laudemus *ma*  
 cc 38 bonus] est *add.*  $\varepsilon \gamma_1 P_{23} Y ma$  40 sicut  $\alpha$  | praetereat  $\alpha$ ; -ant  $\delta$   
 41 siluimus laudavimus et tacuimus *tr.*  $X ma$  42 imus] quia et  $C_1 P_7$  | quo  
 $C_1 P_7$

cessabit in nobis? Non sic. Nam lingua tua ad horam laudet, vita  
tua semper laudet. Inde ergo BONUS PSALMUS. 45

(2.) Psalmus quippe cantus est, non quilibet, sed ad psalterium. Psalterium autem organum quoddam est cantilenae, sicut lyra, sicut cithara, et huiusmodi organa, quae inventa sunt ad cantandum. Qui ergo psallit, non sola voce psallit, sed assumpto etiam quodam organo, quod vocatur psalterium, accedentibus 5 manibus voci concordat. Vis ergo psallere? Non sola vox tua sonet laudes dei, sed opera tua concordent cum voce tua. Cum ergo voce cantaveris, silebis aliquando: vita sic canta ut numquam sileas. Negotium agis, et fraudem cogitas? Siluisti a laude dei, et quod est gravius, non solum a laude siluisti, sed in blasphemiam 10 perrexisti. Cum enim deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo laudas deum, et cum blasphematur deus de malo opere tuo, opere tuo blasphemas deum. Itaque ad aurium exhortationem canta voce, corde ne sileas, vita ne taceas. Non cogitas in negotio fraudem? Psallis. Cum manducas et bibis, psalle, non intermiscendo 15 sonorum suavitates ad aures aptas, sed modeste et frugaliter et temperanter manducando et bibendo, quia hoc dicit apostolus: *Sive manducatis sive bibitis sive quid facitis omnia in gloria dei* mi 1900

2, 18sq. 1 Cor. 10,31

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) 2, 1 psalmus] *inc. K* 2 cantilenae] *des. K* 4 qui] *inc. K* 6 non ... 9 sileas] *cf. Prosp. lib. sent. 76* (cc 68A, p. 275) 7 tua<sup>2</sup>] *des. K* 15 manducas] *des. f\_3*

44 cessavit  $\varepsilon \zeta P_{23} Y$  | sic] praetereamus laudare dominum non sic *add. \zeta* laudat *lo ma* 2, 1 cantus  $f_3 al.$ ; cantatus  $H_1 \varepsilon \gamma_1 \zeta X$  2 quoddam organum *tr. P\_6 ma* 6 solum  $\gamma_1 P_6 ma$  7 sonat  $\delta \gamma_1 K$  8 voce ergo *tr. \zeta* | sic canta vita *tr. \zeta* | cantat  $\delta$  9 sileat  $\delta$  | a laude] ad laudem  $\gamma_1$  10 gravius est *tr. ma* | siluisti a laude *tr. \delta \zeta* 11 laudatur deus *tr. \zeta* | laudetur  $C_1 P_7$  | opere tuo<sup>2</sup> *om. \alpha\_2 \delta N \zeta* 13 aurum  $\delta$  15 psallis] deo *add. \varepsilon \gamma\_1 \zeta P\_{23} Y ma* | psalle] psallis  $C_1 P_7$  17 temperaliter  $\delta$  18 manducabitis  $\delta$  | bibetis  $\delta$  | gloriam  $U ma$

*facite*. Si ergo bene agis, quod et manducas et bibis, et ad refectio-  
 20 nem corporis sumis reparationemque membrorum, gratias agens  
 ei qui tibi praebuit mortali et fragili ista supplementorum solacia,  
 et cibus tuus et potus tuus laudat deum. Si vero modum naturae  
 debitum immoderatione voracitatis excedas, et vinolentia te in-  
 gurgites, quantaslibet laudes dei lingua tua sonet, vita blasphe-  
 cc 2123 mat. Post cibum et potum requiescis, ut dormias; nec in lecto  
 aliquid turpiter agas, nec excedas ultra concessam licentiam in  
 lege dei: sit castus cum coniuge torus, et si est cura propagandi  
 liberos, non sit effrenata luxuries libidinum; defer in lecto tuo  
 coniugi tuae, quia membra Christi estis ambo, ambo ab illo con-  
 30 diti, ambo sanguine ipsius reparati: haec agens laudas eum, nec  
 omnino silebit laudatio tua. Quid, cum somnus advenerit? Et  
 cum dormis, non te excitet a quiete mala conscientia tua, et inno-  
 centia somni tui laudat deum. Si ergo laudas, non tantum lingua  
 canta, sed etiam assumpto operum bonorum psalterio, QUONIAM  
 35 BONUS PSALMUS. Laudas cum agis negotium, laudas cum cibum  
 et potum capis, laudas cum in lecto requiescis, laudas cum dor-  
 mis. Quando non laudas? Perficietur in nobis laudatio dei, cum  
 ad illam civitatem venerimus, quando effecti fuerimus aequales  
 angelis dei, quando nulla nos corporalis necessitas ulla ex parte  
 40 sollicitat, non fames, non sitis interpellat, non aestus fatigat, non

29 membra ... ambo] cf. 1 Cor. 6,15 37 quando ... dei] cf. Matth. 22,30

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 36 laudas<sup>2</sup> ... 4,31 dispersiones] desideratur  $U$  (duobus foliis excisis)

19 si] sive  $C_1 P_7$  | agitis  $C_1 P_7$  23 vinolentia te] vinolentiae  $\pi$  (vino letitiae  
 $V_2$ ); vinolentiae te  $\varepsilon$  25 ut] et  $C_1 P_7$  26 turpiter aliquid tr.  $\zeta$   
 28 effrenata] infrenata  $V_2 A$ ; raffrenata  $\alpha_2$  | libidinis  $\zeta$  29 coniuge tua  $\alpha$ ;  
 coniugae tuae  $\delta \varepsilon$  30 eum] deum  $\zeta ma$  31 siluit  $C_1 P_7$  32 mala  
 conscientia tua a quiete tr.  $\alpha$  33 somnii  $\delta U \gamma_1 X$  34 cantat  $\alpha$  | operum  
 om.  $\lambda$  | bonorum operum tr.  $Mc_1 \zeta Y P_{15} ma$  35 bonus] est add.  $P_{23} Y$   
 39 nulla] est add.  $N^2 C_1 P_7$  | nos nulla tr.  $\gamma_1$  40 famis  $C_1 P_7$

frigus astringit, non febris deicit, non mors finit. Ad illam perfectissimam laudem exerceamus nos laudationem istam in bonis operibus!

(3.) Propterea cum dixisset LAUDATE DOMINUM, QUONIAM BONUS PSALMUS, DEO NOSTRO inquit IUCUNDA SIT LAUS. Quomodo erit deo nostro iucunda laus? Si bene vivendo laudetur. Audi quia tunc erit illa laus, IUCUNDA LAUS. Alio loco dicitur: *Non est speciosa laus in ore peccatoris*. Si ergo in ore peccatoris speciosa laus non est, iucunda non est: hoc enim iucundum, quod speciosum. Vis ergo ut deo tuo iucunda sit laus? Noli bonae cantilenae tuae obstrepere moribus malis. DEO NOSTRO IUCUNDA SIT LAUS. Quid dixit? Qui laudatis, bene vivite. Laudatio impiorum offendit deum. Plus ille attendit quid vivas quam quid sones. Certe cum eo quem laudas, pacem habere vis. Quomodo cum illo quaeris pacem, quando a teipso dissonas? ‘Quomodo, inquires, a me ipso dissono?’ Aliud sonat lingua, aliud indicat vita. DEO NOSTRO IUCUNDA SIT LAUS. Potest enim laus iucunda esse homini, cum audit concinnis acutisque sententiis et suavi voce laudantem, sed DEO NOSTRO IUCUNDA SIT LAUS, cuius aures, non ad os, sed ad cor, non ad linguam, sed ad vitam laudatoris patent.

(4.) Quis est deus noster cui iucunda sit laus? Dulcescit nobis, commendat se nobis: gratias dignationi eius. Dignatur

---

3, 5 Eccli. 15,9

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 3, 2 deo] *inc. K* | quomodo] *inc. f\_3* 3 laudetur] *des. K* 7 vis] *inc. K*  
 8 malis] *des. K*

---

41 constringit  $\varepsilon \zeta ma$  42 laudatione ista  $P_7 \zeta P_{23} Y So_1 P_{15} ma$  3, 3 iucunda laus deo nostro *tr. \zeta* | laudatur  $\gamma_1 K$  4 illa *om. Mc\_1 P\_{15} P\_3*; illi *lo ma* laus<sup>1</sup>  $\gamma_1$ ; *om. cett. ma* 9 vivete  $C_1 P_7$  10 sonas  $\delta$  13 memet  $X ma$  | ipso *om. \gamma\_1* 14 potes  $C_1 P_7$  | iucunda laus *tr. \delta* 15 suave  $\gamma_1$  4, 1 cuius  $\delta$  dulcescit] *dulcis sit \alpha* 2 gratia  $f_3 V_2^2 e_3 Mc_1$  | gratiam dignationis  $V_2 F$

mi 1901 enim commendare se nobis, non quasi aliquid praestaturis, sed  
 cc 2124 multa ab illo potius accepturis. Quomodo ergo commendat se  
 nobis deus? Audite apostolum Paulum: *Commendat autem inquit  
 dilectionem suam deus in nobis.* Quomodo commendat? Audite –  
 ipse dicat apostolus, ut comparetur et psalmo: *Commendat inquit  
 dilectionem suam deus in nobis.* Quomodo commendat? *Quoniam  
 cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Quid  
 10 ergo servat laudatoribus, qui sic se commendat peccatoribus?  
 Quia ergo sic dixit apostolus commendasse deum nobis dilectio-  
 nem suam, ut Christus moreretur pro impiis, non ut impii rema-  
 nerent, sed ut morte iusti ab iniustitia sanarentur, hic quid audis,  
 cum dixisset: DEO NOSTRO IUCUNDA SIT LAUS? Videamus si ipsa  
 15 est commendatio quam dixit apostolus, quia Christus pro pecca-  
 toribus et pro impiis mortuus est. AEDIFICANS inquit IERUSA- v. 2  
 LEM DOMINUS, ET DISPERSIONES ISRAEL COLLIGENS. Ecce,  
 AEDIFICANS IERUSALEM DOMINUS, colligens dispersiones populi  
 ipsius. Populus enim Ierusalem, populus Israel. Et est Ierusalem  
 20 aeterna in caelis, ubi cives etiam angeli sunt. Quid ergo? Ibi  
 Israel? Si hominem illum nepotem Abrahae consideres, qui dictus  
 est et Iacob, quomodo angelos intellegimus Israel? Interpretatio-  
 nem nominis discutiamus, quia et ipse Iacob mutato nomine

4, 5sq. Rom. 5,8      8sq. Ibid.      12 Christus ... impiis] cf. Rom. 5,6  
 23sq. Iacob ... Israel] cf. Gen. 32,28

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi f_3$      $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 4, 16 aedificans] *inc. K*      17 colligens] *des. K*      18 dispersiones] *inc. K*  
 20 cives] *des. K*

3 se commendare *tr.  $\zeta$*  | se *om.  $\delta$*     4 se commendat *tr.  $\delta$*     6 suam dilectio-  
 nem *tr.  $\pi \varepsilon \zeta$*  | quomodo ... 8 commendat *om.  $\alpha$*     8 suam dilectionem *tr.  $H_1$*   
 $\varepsilon$  | commendatur  $\delta$     11 deum] *dominum  $\alpha$* ; *om.  $\delta P_{15}$*     13 morte  $\lambda f_3$ ; mor-  
 tui  $\varepsilon \gamma_1 Y T$     16 inquit *om.  $\pi K$*     17 dispersos  $\delta \zeta P_{23}$     18 colligens] colliget  
 $\delta$ ; colligit  $H_1^2 \varepsilon \zeta P_{23} Y$     19 ipsius] *sui  $\alpha$*  | et *om.  $\gamma_1 ma$*     21 ullum  $C_1 P_7$   
 22 angelus  $\pi$  | intellegitur  $\alpha$  | interpretationem] *si praem.  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y ma$*

vocatus est Israel: magis ibi nomen Israel, et utinam et nos  
 sequentes simus Israel. Quid enim interpretatur Israel? ‘Videns 25  
 deum’. Omnes ergo cives illius civitatis videndo deum gaudent in  
 illa magna civitate et ampla et caelesti; spectaculum eis deus ipse  
 est. Sed nos ab illa civitate peregrinamur peccato expulsi, ne ibi  
 maneremus, et mortalitate praegravati ne illo rediremus. Respexit  
 deus peregrinationem nostram, et ille qui aedificat Ierusalem, 30  
 restituit lapsam partem. Unde restituit lapsam partem? DISPERSI-  
 ONES ISRAEL COLLIGENS. Cecidit enim pars quaedam, et facta est  
 peregrina: hanc peregrinationem misericorditer vidit deus, et  
 quaesivit non quaerentes se. Unde quaesivit? Quem misit ad cap-  
 tivitatem nostram? Misit redemptorem, secundum quod ait apo- 35  
 stolus: *Commendat dilectionem suam in nos deus, quoniam cum  
 adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Misit ergo  
 ad captivitatem nostram redemptorem filium suum. ‘Porta, in-  
 quit, tecum saccum, ferto ibi pretium captivorum’. Induit enim  
 se ille mortalitatem carnis, et ibi erat sanguis quo fuso redimere- 40  
 mur. Illo sanguine colligit dispersiones Israel. Et si ille colligit  
 olim dispersos, quomodo satagendum est ut colligantur modo  
 dispersi? Si collecti sunt dispersi ut in manu artificis ad aedifi-  
 cium formarentur, quomodo colligendi sunt qui de manu artificis

---

36sq. Rom. 5,8

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 26 illius] *inc. K* 28 est] *des. K* 30 ille] *inc. K* 31 dispersiones] *adest U*  
 33 deus] *des. K* 37 misit] *inc. K* 41 Israel] *des. K*

---

25 videns] *vir praem.  $\alpha$*  26 cives *om. N* | civitatis illius *tr.  $\varepsilon$*  27 caeleste  $\zeta$   
 29 et] *ex  $\pi$*  31 unde ... partem *om. C\_1 P\_7* 33 peregrina] *peregrinatio C\_1*  
 $P_7$  | *peregrinationem] peregrinam So\_1 ma* 36 deus dilectionem suam in  
 nobis *lo ma* | in nos deus  $\alpha U f_3$ ; deus in nos *tr.  $\delta$* ; deus in nobis  $An_4 \zeta X$ ; in  
 nobis deus  $N \gamma_1 P_{23} Y$  38 tecum saccum inquit *tr.  $\zeta$*  40 mortalitate  $\delta P_7$   
 $P_6$  | *redimeretur  $f_3$* ; *redimerentur  $\varepsilon \gamma_1$*  41 colligit] *collegit  $H_1 \varepsilon \zeta So_1 ma$*   
*collegit] colligit  $\lambda f_3 C_1 (P_7 lnp.)$*  43 ad ... artificis *om.  $\delta$*

45 inquietudine ceciderunt? AEDIFICANS IERUSALEM DOMINUS. Ecce  
 cc 2125 quem laudamus, ecce cui laudem tota vita nostra debemus. AEDI-  
 FICANS IERUSALEM DOMINUS, ET DISPERSIONES ISRAEL  
 COLLIGENS.

(5.) Quomodo colligit? Quid agit, ut colligat? QUI SANAT v. 3  
 mi 1902 CONTRITOS CORDE. Ecce quomodo colliguntur dispersiones  
 Israel, ut sanentur contriti corde. Qui cor non conterunt, non  
 sanantur. Quid est enim contere cor? Notum sit, carissimi, fiat,  
 5 ut sanari possitis. Dictum est enim multis aliis scripturarum locis,  
 et maxime illo loco voce nostra quidam cantans dicebat: *Quon-*  
*iam si voluisses sacrificium, dedissem utique* – deo dicebat: *Si volu-*  
*isses sacrificium, dedissem utique* –, *holocaustis non delectaberis.*  
 Quid ergo? Sine sacrificii oblatione remanebimus? Audi quid te  
 10 velit offerre. Sequitur et dicit: *Sacrificium deo spiritus contribula-*  
*tus; cor contritum et humiliatum deus non spernet.* SANAT ergo  
 CONTRITOS CORDE, quia illis propinquat ut sanet, sicut dicitur  
 alio loco: *Prope est dominus his qui obriverunt cor.* Qui obrive-  
 runt cor? Humiles. Qui non obriverunt cor? Superbi. Contri-  
 15 tum sanabitur, elatum elidetur. Ad hoc enim forte eliditur, ut  
 contritum sanetur. Ne velit ergo, fratres, cor nostrum esse erec-  
 tum, antequam sit rectum! Male erigitur, quod non primo  
 corrigitur.

5, 7sq. Ps. 50,18 10sq. Ps. 50,19 13 Ps. 33,19

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 48 colligens] *des. f\_3* 5, 1 qui] *inc. K* 4 cor] *des. K* 11 cor] *inc. K*  
 spernet] *des. K*

46 cui laudem] cuius laudi  $\alpha_2$  5, 1 agit] ait  $\gamma_1$  4 enim *om.  $\varepsilon \gamma_1 ma$*  | cor]  
 nisi humiliare *add. K* 5 possit  $\pi$  | indictum  $\alpha A, H_1$  (*ac. uv.*) 7 deo ...  
*utique om.  $\alpha$*  8 holocaustis] *autem add.  $\gamma_1 ma$*  10 domino  $U C_1$   
 11 spernet  $\pi \varepsilon K \zeta$  12 sanet] sanat  $\delta$  15 elidetur elatum *tr. ma* | eliditur  
 $\gamma_1$  | \*elidetur  $\lambda \varepsilon P_{23}$  16 fratres *om.  $\alpha$*



(6.) QUI SANAT CONTRITOS CORDE ET ALLIGAT CONTRITIONES EORUM. SANAT inquit CONTRITOS CORDE: sanat ergo humiliatos, sanat confitentes, sanat seipsos punientes, in se severum iudicium exercentes, ut possint esse illius misericordiam sentientes. Tales sanat; sed perfecta eorum sanitas transacta mortalitate fiet, quando corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem; quando nihil erit quod ex carnis labe sollicitet, non solum nihil cui consentiamus, sed nihil quod suggeratur ex carne. Etenim modo, fratres mei, quantae illicitae delectationes animum tangunt! Quamvis eis non consentiamus, ut membra nostra iustitiae serviant, non iniquitati, tamen vel delectari talibus, etsi non consentis, nondum est perfecta sanitas. Sanaberis ergo, corde contrito sanaberis. Noli erubescere conterere cor: tales sanat deus. ‘Sed quid ago, inquires, modo? *Condelector enim legi dei secundum interioremem hominem; video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati*’. Quid agis? Contere cor; confitere, age, dic sequentia: *Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Hoc enim dicere: *Infelix homo*, iam cor conterere est. Ille speret felicitatem, qui confitetur infelicitatem. Dic igitur: *Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius*, ut respondeatur tibi: *Gratia dei per Iesum Christum dominum nos-* cc 2126

6, 6sq. corruptibile ... immortalitatem] cf. 1 Cor. 15,53 – 54 15–17 Rom. 7,22–23 18sq. Rom. 7,24

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) 6, 1 qui] *inc. K* 3 punientes] *des. K* 7 mortale] *inc. K* | immortalitatem] *des. K* 13 corde] *inc. f\_3*

6, 3 humiliatos] corde *add.  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y ma$*  6 induerit ... hoc *om.  $\delta$*  7 immortalitate  *$\delta K$*  8 consentitis  $C_1 P_7$  13 contrito corde *tr.  $\alpha$*  14 contere  $\alpha_2 N \zeta ma$  15 lege  $C_1 P_7$  18 infelix] ego *add.  $\alpha A n_4 P_7 Y$*  19 dicere *om.  $\alpha$*  21 igitur] ergo *lo ma* | infelix] ego *add. lo ma* 22 dominum nostrum Iesum Christum *tr.  $\delta$*

trum. Quomodo autem liberabit ipsa gratia dei, unde nunc pignus accepimus? Audi eundem apostolum: *Corpus quidem* inquit  
 25 *mortuum est propter peccatum; spiritus autem vita est propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitavit Iesum ex mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Christum Iesum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per habitantem spiritum eius in vobis.* Hoc ergo pignus accepit spiritus noster, ut incipiamus fide servire deo, et  
 mi 1903 ex fide appellari iusti quoniam *iustus ex fide vivit.* Quidquid autem nobis adhuc repugnat et resistit, de mortalitate carnis est; et hoc sanabitur. *Vivificabit enim, inquit, et mortalia corpora vestra per habitantem spiritum eius in vobis.* Ad hoc pignus dedit, ut compleat quod promisit. Quid ergo nunc in hac vita, quando  
 35 adhuc confessores sumus, nondum possessores, quid in hac vita, quid fiet? Quomodo durabitur? SANAT CONTRITOS CORDE; sed perfecta sanitas tunc erit, quando diximus. Nunc ergo quid? ALLIGAT CONTRITIONES EORUM. Qui curat, inquit, contritos corde, quorum perfecta sanitas in resurrectione iustorum erit, alligat  
 40 modo contritiones eorum.

(7.) Quae sunt alligamenta contritionum? Sicut medici alligant fracturas, aliquando enim – intellegat et hoc caritas vestra, et notum est eis qui animadverterunt, vel a medicis audierunt –, aliquando prave et distorte firmata, ut corrigant medici frangunt,  
 5 et faciunt vulnus novum, quia mala erat sanitas prava, sic ergo

24–28 Rom. 8,10–11 30 Rom. 1,17 37 diximus] cf. supra 5sqq.

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 36 sanat] inc.  $K$  40 eorum] des.  $K$  7, 1 quae] inc.  $K$  2 fracturas] des.  $K f_3$

23 liberavit  $\delta$  24 audite  $\pi$  25 est<sup>1</sup> om.  $H_1 P_{23}$  26 Iesum] Christum add.  $\gamma_1 Y ma$  27 Iesum Christum tr.  $\gamma_1 ma$  | vivificavit  $C_1 P_7$  | et] haec  $\delta$   
 28 inhabitantem  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} X ma$  30 quoniam] quia  $\alpha$  32 vivificavit  $N U P_{23} Y$  33 inhabitantem  $An_4 \gamma_1 \zeta X ma$  | ad hoc] adhuc  $N P_{23}$  34 complaceat  $C_1 P_7$  36 curabitur  $\gamma_1 ma$  7, 1 quae ... 4 frangunt] *anacoluthon*

*rectae sunt*, inquit scriptura, *viae domini, sed pravicornius in illis scandalizabitur*. Quid est *pravicornius*? Torticornius, tortum cor habens putat torta esse omnia quae dicuntur a deo, putat prava esse omnia quae fecit deus, et displicent illi omnia iudicia dei, maximeque in quibus ipse corripitur; et sedet, et disputat quam 10 male faciat deus, quia non pro eius voluntate facit. Distortum cor parum est quod non se corrigit ad deum, et deum vult distortuere ad se. Quid ergo ei dicit desuper deus? ‘Tortus es, aequus sum. Si tu rectus esses, sentires aequitatem meam’. Quemadmodum si in pavimento aequali poneret distortum lignum, non col- 15 locaretur, undique nutaret, undique agigaretur, quod non loci inaequalitas, sed distortio ligni facit, sic ait scriptura: *Quam bonus deus Israel rectis corde*. Quod ergo tortum est cor, quomodo dirigitur? Et tortum est, et durum; iam ergo tortum et durum frangatur, conteratur, ut dirigatur. Tu dirigere cor tuum non potes: tu 20 frange, ille dirigat. Quomodo tu frangis? Quomodo tu conteris? Confitendo, puniendo peccata tua. Quid aliud significat pectorum tunsio? Nisi forte putamus ossa nostra aliquid peccasse, cum caedimus pectus, sed significamus nos cor conterere, ut a domino dirigatur. 25

(8.) SANAT ergo CONTRITOS CORDE, et contritum cor habentes; et sanitas ipsius cordis tunc erit perfecta, cum et corpo-

7, 6sq. Os. 14,10 17sq. Ps. 72,1

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$   $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
*P<sub>23</sub> lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$

6 inquit rectae sunt *tr.*  $\alpha$  | scripturae  $\alpha_2 \delta$  | via  $C_1 P_7$  7 habens cor *tr.*  $\zeta$  9 facit  $U C_1 P_7$  13 ei *exp.*  $H_1^2$ ; *om. lo ma* | dicit ei *tr.*  $\zeta$  | deus desuper *tr.*  $X ma$  14 tu *om.*  $U$  15 pavementum aequali (aequale  $P_6$ )  $\varepsilon C_1 P_7 P_6 T$  | non *om.*  $\delta$  16 notaret  $C_1 P_7$  17 distortium  $C_1 P_7$  | sicut  $\gamma_1 ma$  18 Israel deus *tr.*  $\varepsilon \zeta P_{23} X ma$  | quod  $\delta$ ; quid *cett. ma* | est *om.*  $So_1 ma$  | dirigetur  $U$ ; ligetur  $\gamma_1$  20 ut] et  $\pi$  | dirige  $\varepsilon C_1$  22 pectorum] peccatorum  $\delta$  23 cum caedimus] concidimus  $C_1 P_7$  24 cor *om.*  $\gamma_1$  8, 2 perfecta erit *tr.*  $\zeta$

ris reparatio implebitur quae promissa est. Nunc interea quid  
 facit medicus? Alligat contritiones tuas, ut possis pervenire ad  
 5 plenissimam firmitatem, donec consolidetur quod fractum est,  
 quod alligatum est. Quae sunt ista alligamenta? Temporalia sacra-  
 menta. Alligamenta medicinalia sunt contritionis nostrae sacra-  
 menta interim temporalia, quibus habemus consolationem; et ista  
 omnia quae loquimur vobis, ipsa quae sonant et transeunt, quid-  
 mi 1904 quid in ecclesia geritur temporaliter, alligamenta sunt contritio-  
 num. Quemadmodum enim medicus perfecta sanitate detrahit  
 ligaturam, sic in illa civitate Ierusalem, cum aequales angelis facti  
 fuerimus. Nam quid putatis ibi accepturos nos esse quod hic acce-  
 pimus? Aut ibi recitandum est nobis evangelium, ut fides nostra  
 15 permaneat? Aut imponenda est manus ab aliquo praeposito? Ista  
 omnia alligamenta fracturae sunt; perfecta sanitate detrahentur;  
 sed ad eam non perveniretur, nisi alligarentur. SANAT ERGO  
 CONTRITOS CORDE, ET ALLIGAT CONTRITIONES EORUM.

(9.) QUI NUMERAT MULTITUDINEM STELLARUM, ET OMNI- *v. 4*  
 BUS EIS NOMINA VOCANS. Quid magnum deo numerare multi-  
 tudinem stellarum? Hoc et homines conati sunt: viderint utrum  
 implere potuerint; non tamen conarentur, nisi se impleturos esse  
 5 sperarent. Illis dimittamus quid potuerint et quousque pervene-  
 rint: deo autem puto non esse magnum numerare omnes stellas.

8, 12sq. aequales ... fuerimus] *cf.* Matth. 22,30

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 8, 4 alligat] *inc. K* 5 est] *des. K* 7 alligamenta] *inc. K* 8 consolationem]  
*des. K* 9 quidquid] *inc. K* 10 contritium] *des. K* 17 sanat] *inc. K*  
 9, 3 sunt] *des. K*

5 firmitatem] sanitatem  $\lambda P_{23} Y$  7 contritiones  $K C_1 P_7$  11 enim *om.*  $U \varepsilon \zeta$   
 $P_{23}$  13 nam] num  $C_1^2 X P_6 ma$  16 sunt fracturae *tr.*  $\delta$  9, 2 numerare  
*om.*  $\varepsilon$  3 viderunt  $V_2 P_7^2$ ; viderent  $C_1 P_7$  4 impleri  $H_1 P_7$  | poterint  $\delta \varepsilon$   
 6 esse non *tr.*  $\zeta$

An forte numerum, ne obliviscatur, recenset? Magnum est aliquid deo stellas numerare, cui capilli capitum numerati sunt? Manifestum est, fratres, aliquid velle deum intellegere nos in eo quod ait: QUI NUMERAT MULTITUDINEM STELLARUM ET OMNIBUS EIS inquit NOMINA VOCANS. Sunt stellae quaedam lumina in ecclesia consolantia noctem nostram, omnes de quibus dicit apostolus: *In quibus apparetis tamquam luminaria in mundo*, in ista, inquit, natione tortuosa et perversa *in quibus apparetis tamquam luminaria in mundo verbum vitae habentes*. Ipsas stellas numerat deus: omnes secum regnatos, omnes aggregandos corpori unigeniti sui numeratos habet, et numerat eos. Qui indignus est nec numeratur. Et multi crediderunt vel multi se qualicumque adumbrata specie fidei populo eius applicuerunt; novit tamen ille quid numeret et quid ventilet. Nam tanta est celsitudo evangelii ut fieret quod dictum est: *Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super numerum*. Sunt ergo in populis et supernumerarii quodammodo. Quid est 'supernumerarii'? Plus quam ibi futuri sunt. Intra parietes istos plures sunt quam futuri sunt in regno dei, in illa Ierusalem caelesti; ipsi super numerum sunt. Animadvertat quisque utrum luceat in tenebris, utrum iniquitate saeculi tenebrosa non seducatur; si non fuerit seductus nec victus, tamquam stella erit quam iam numerat deus.

9, 8 capilli ... sunt] cf. Matth. 10,30      12 consolantia noctem] cf. *infra* 10,17; en. 73,19,18; conf. 13,32,14 (cc. 27)      13–15 in<sup>1</sup> ... habentes] Phil. 2,15.16 21sq. Ps. 39,6

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(exc.)  $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 11 sunt] *inc. K*    12 nostram] *des. K*    15 ipsas] *inc. K*    16 regnatos] *des. K*  
17 qui] *inc. K*    18 numeratur] *des. K*

7 recenset] et *add.  $\zeta P_{23} X$*     8 numerare stellas *tr.  $\alpha$*  | capiti  $C_1 P_7$     12 consolatio nocte nostra  $\delta$  | dicit] ait  $\varepsilon \zeta P_{23}$     16 congregandos  $\delta$  | corpore  $\delta$  18 vel] et  $\alpha$     19 ille tamen *tr.  $\zeta$*     23 ibi quam *tr.  $\zeta$*  | sunt] in regno dei *add.  $\zeta P_{23}$*     25 illa] ipsa  $\varepsilon \zeta P_{23}$     28 iam *om.  $H_1 P_6$*

(10.) ET OMNIBUS inquit NOMINA VOCANS: ibi est totum praemium. Habemus nomina quaedam apud deum; ut noverit deus nomina nostra, hoc optare debemus, hoc agere, hoc sat-agere, quantum possumus, non de aliis rebus gaudere, nec de  
 5 donis quibusdam spiritalibus. Videat caritas vestra: multa dona sunt in ecclesia, sicut dicit apostolus: *Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii donatio curationum, alii diiudicatio spirituum*, id est ut diiudicet inter bonos et malos spiritus;  
 mi 1905 *alii genera linguarum, alii prophetia*. Quanta dixit! Quam multa dixit! Multi donis talibus male usi audient in fine: *Non novi vos*. Et quid dicturi sunt in fine qui audient: *Non novi vos? 'Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, et in tuo nomine daemonia eiecimus, et in tuo nomine virtutes multas fecimus? In nomine tuo*  
 15 *omnia ista'*. Et quid dicam eis? *Numquam novi vos; discedite a me, qui operamini iniquitatem*. Quid est ergo esse iam lumen caeli consolans noctem, et quod non vincatur a nocte? *Adhuc inquit supereminentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum ut*

10, 6–10 1 Cor. 12,8–10 11 Matth. 7,23 12–14 domine ... fecimus] Matth. 7,22 15sq. Matth. 7,23 17 consolans noctem] cf. supra 9,12 et app. fontium 17–20 1 Cor. 12,31–13,1

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 10, 1 et] inc. K 2 deum] des. K 5 videat] inc. K 7 spiritum] des. K 10 quanta] inc. K 11 vos] des. K 18 si] inc. K 19 habeam] des. K

10, 1 inquit] eis add. *lo ma* 2 quaedam nomina tr.  $An_4 \zeta$  3 nostra  $V_2 An_4 \zeta X ma$ ; vestra cett. 4 nec] non  $\delta$  6 apostolus dicit tr. *lo ma* | datur per spiritum tr.  $\delta$  8 alii<sup>1</sup> ... spiritu om.  $\pi$  9 ut om.  $\pi$  10 linguarum genera tr.  $So_1 X ma$  | prophetatio  $\delta$ ; prophetiae  $\gamma_1$  | quam] quanta  $\gamma_1$  11 multi] multis  $\varepsilon \gamma_1$  | in fine audient tr.  $\delta$  12 et quid ... vos om.  $\delta$  13 nonne om.  $\alpha$  tuo nomine<sup>1</sup>] nomine tuo tr.  $\alpha An_4 So_1 ma$  | tuo nomine<sup>2</sup>] nomine tuo tr.  $\alpha \gamma_1 \zeta ma$  14 eiecimus  $C_1 P_7$  | tuo nomine tr.  $\pi \zeta P_{23} Y ma$  15 dicit  $P_{23} Y ma$  17 a om.  $C_1 P_7$  19 autem om.  $C_1 P_7$

*aeramentum sonans aut cymbalum tinniens.* Quale donum est 20  
 loqui linguis angelorum et hominum! Tamen *si caritatem* inquit  
*non habeam, aeramentum sum sonans aut cymbalum tinniens.* Si  
*sciero* inquit *omnia sacramenta et omnem scientiam, et si habuero*  
*omnem prophetiam, et omnem fidem, ita ut montes transferam* –  
 quanta ista dona sunt! –, *caritatem autem non habeam* inquit, 25  
*nihil sum.* Quale est illud donum martyrii, et distributionis  
 rerum suarum! Et tamen *si distribuero* inquit *omnia mea pauperi-*  
*bus, et tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non*  
*habeam, nihil mihi prodest.* Qui ergo non habet caritatem, etsi ad  
 tempus habet haec dona, auferentur ei. Auferetur quod habet, 30  
 quia quiddam non habet: et ipsum quiddam hoc non habet, unde  
 cetera teneantur et ipse non pereat. Quid est illud quod modo ait  
 dominus: *Qui habet, addetur ei; qui autem non habet, et quod habet* cc 2129  
*auferetur ab eo?* Qui ergo non habet, et quod habet auferetur ab  
 eo. Habet gratiam possidendi, sed non habet caritatem utendi; 35  
 quia ergo illud non habet, et quod habet auferetur ab eo. Prop-  
 terea discipuli, ut haberent caritatem, quos volebat facere in caelo  
 stellas ambulantes supereminentem viam, ille QUI NUMERABAT  
 MULTITUDINEM STELLARUM, ET OMNIBUS EIS NOMINA VOCANS,  
 cum redirent discipuli quo missi erant, exsultaverunt, et dixe- 40  
 runt: *Domine, ecce spiritus immundi subiecti sunt nobis propter*

22–26 si ... sum] Ibid. 13,2 27–29 si ... prodest] Ibid. 13,3 33sq. Matth.  
 13,12 (an ad evangelicam lectionem illius diei pertinuerit dubium est: cf. i.  
 17,24 modo lectum est) 41sq. Luc. 10,17

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$   $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$  || 29 qui]  
 inc. K 30 ei] des. K

22 aeramentum sum sonans] factus sum ut aeramentum  $\alpha$  26 illud] istud  $\varepsilon$   
 $P_6$  30 auferetur] aufertur  $\varepsilon$ ; ei add.  $An_4 C_1^2 P_{23} Y ma$  31 quiddam<sup>1,2</sup>] qui-  
 dam  $\delta$ ; quoddam  $C_1 P_7$  32 ipsum  $P_{23} Y$  | quod] quo  $\delta \varepsilon P_7$  33 addetur]  
 dabitur  $\bar{U} \gamma_1$  34 qui ... eo om.  $\alpha H_1 So_1$  36 et om.  $C_1 P_7$  37 in caelo face-  
 re tr.  $\zeta$  38 numerat  $X ma$

*nomen tuum*, et ille QUI NUMERAT MULTITUDINEM STELLARUM, ET OMNIBUS EIS NOMINA VOCANS, sciens multos dicturos esse: 'Nonne in nomine tuo daemonia eiecimus?', quibus dicturus est  
 45 in fine: *Non novi vos*, quia eos non numeravit in multitudine stellarum, nec eis nomina vocavit, *Nolite inquit in hoc gaudere, quia spiritus vobis subiecti sunt, sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in caelo.* QUI NUMERAT MULTITUDINEM STELLARUM, ET OMNIBUS EIS NOMINA VOCANS.

(11.) MAGNUS DOMINUS NOSTER. Impletus est gaudio. *v. 5*  
 Eructavit ineffabiliter nescio qua. Dicere non valebat, et cogitare quoquo modo valebat. MAGNUS DOMINUS NOSTER ET MAGNA VIRTUS EIUS, ET INTELLE  
 5 GENTIAE EIUS NON EST NUMERUS. Ille ipse qui numerat multitudinem stellarum, numerari non potest: MAGNUS DOMINUS NOSTER ET MAGNA VIRTUS EIUS, ET INTELLE  
 mi 1906 GENTIAE EIUS NON EST NUMERUS. Quis hoc exponat? Quis digne vel cogitet quod dictum est: INTELLE  
 10 GENTIAE EIUS NON EST NUMERUS? Atque utinam infundat se vobis, et ubi nos deficimus, quia ipse potens est, ipse illustret mentes vestras, ut sciatis quid sit INTELLE  
 GENTIAE EIUS NON EST NUMERUS. Videtis enim, fratres; numquid est numerus arenae? Nobis non est, deo est: cui capilli capitis nostri numerati sunt, et arena numerata est. Quid  
 quid ergo finitum mundus iste complectitur, etiamsi homini, non

---

44 cf. Marc. 16,17 45 Matth. 25,12 46-48 Luc. 10,20 11, 12sq. cui ... sunt] cf. Matth. 10,30 (Luc. 12,7)

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_i$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15}$   $Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 46 nolite] *inc. K* 11, 2 ineffabiliter] *des. K* 3 magnus] *inc. K* 4 numerus] *des. K*

---

44 est *om.*  $C_1 P_7$  45 multitudinem  $U$  48 caelis  $\zeta$  11, 1 impleta  $C_1 P_7$   
 2 qua] cf. *conf.* 8,8,7 (cc 27); quae  $\alpha_2 An_4^2 \zeta P_{23}$ ; quid  $\delta \gamma_1 ma$  | cogitabat  $\varepsilon P_{23}$   
 $Y$  3 quoquo  $\lambda$  (exc.  $\alpha$ ); quo *cett. ma* 7 exponat hoc *tr.*  $\zeta$  8 intellegentiae]  
 et *praem.*  $V_2 X ma$  9 vobis] nobis  $\delta \gamma_1 w$  | nos] non  $\delta$  | deficimus nos *tr.*  
 $\zeta$  | defecimus  $\varepsilon$ ; deficiemus  $\gamma_1$  14 infinitum  $P_{23}^2 ma$



tamen deo – parum dico ‘deo’: angelis numeratum est. INTELLE- 15  
 GENTIAE ILLIUS NON EST NUMERUS. Excedit omnes numerarios  
 intellegentia eius, numerari a nobis non potest. Ipsum numerum  
 quis numerat? Numero numerantur quaecumque numerantur. Si  
 quidquid numeratur, numero numeratur; numeri non potest esse  
 numerus, numerari numerus nullo pacto potest. Quid ergo est 20  
 apud deum, unde fecit omnia, et ubi fecit, *omnia* cui dicitur *in*  
*mensura et numero et pondere disposuisti?* Aut quis ipsam mensu-  
 ram, et ipsum numerum et ipsum pondus, ubi deus omnia dispo- cc 2130  
 suit, aut numerare potest aut metiri aut appendere? Ergo INTEL-  
 LEGENTIAE EIUS NON EST NUMERUS. Conticescant humanae 25  
 voces, requiescant humanae cogitationes; ad incomprehensibilia  
 non se tendant quasi comprehensuri, sed tamquam participaturi;  
 participes enim erimus. Non hoc quod capimus erimus, nec  
 totum capiemus, sed participes erimus; quia dictum est de Ierusa-  
 lem, cuius dispersiones colligit, dictum est de illa quiddam mag- 30  
 num: *Ierusalem quae aedificatur ut civitas, cuius participatio eius in*  
*idipsum. In idipsum* quid ait, nisi quod mutari non potest? Cetera  
 quae creata sunt, aliter et aliter possunt esse; qui creavit autem,  
 aliter et aliter esse non potest. *Idipsum* ergo ille est, quoniam dic-  
 tum est ei: *Mutabis ea, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et* 35

21sq. Sap. 11,21      29 dictum est] *cf. supra* Ps. 146,2      31sq. Ps. 121,3  
 35sq. Ps. 101,27–28

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$      $\lambda$ :  $\pi U$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$   
 16 excedit] *inc. K*    18 numerat] *des. K*

15 intellegentiae] *ut praem. C\_1 P\_7; et C\_1^2 \zeta*      16 illius] *eius U Y X P\_6 ma*  
 17 nobis] *vobis N \gamma\_1 \zeta*    18 quaecumque] *quae \pi*    19 quid quod  $\delta$     21 inde  
 $\varepsilon \gamma_1$  | et ubi fecit omnia *om. \pi* | dicitur] *omnia add. \gamma\_1 ma*    22 pondere]  
*omnia add. \zeta*    23 et<sup>1</sup>] *aut \delta*    27 extendant  $P_6 ma$  |    28 prehensuri  $\delta$   
 32 mutari] *incitari \pi*    33 sunt creata *tr. So\_1 X ma* | quo  $\gamma_1$  | autem creavit  
*tr. lo ma*    34 non potest esse *tr. lo ma*    35 ei *om. \pi; et add. \varepsilon* | ipse *om. \delta U*  
 $\varepsilon P_{23}$

*anni tui non deficient.* Igitur si ipse idem ipse, et mutari ex nulla parte potest, participando eius divinitatem erimus et nos immortales in vitam aeternam. Et hoc nobis pignus datum est de filio dei, quod iam dixi sanctitati vestrae, ut antequam efficeremur  
 40 participes immortalitatis ipsius, fieret ipse prior particeps mortalitatis nostrae. Sicut autem ille mortalis non de sua substantia, sed de nostra, sic nos immortales non de nostra substantia, sed de ipsius. Participes ergo erimus: nemo dubitet; scriptura hoc dixit. Et cuius rei erimus participes, quasi partes sint apud deum aut  
 45 per partes dividatur deus? Quis ergo explicat quomodo sint participes unius simplicis multi? Non ergo exigatis, quod apte dici non posse, puto quia videtis; sed redite ad remedia salvatoris, conterite cor, confringatur animi duritia, conteratur animi pertinacia, accusetur in malo, renascatur in bono. Diriget ipse, alligabit fracturam, consolidabit sanitatem; et non erunt iam impossibilia nobis, quae modo impossibilia sunt. Bonum est enim ut confiteatur infirmitatem, qui vult pervenire ad divinitatem. INTELLENTIAE EIUS NON EST NUMERUS.

mi 1907

(12.) Ideo quid debeas facere in difficultate intellegendi, ostendit tibi cum consequenter dicit: SUSCIPIENS MANSUETOS v. 6  
 DOMINUS. Verbi gratia, non intellegis? parum intellegis? non sequeris? Honora scripturam dei, honora verbum dei etiam non

39 dixi] *cf. supra* 6,23–34

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )

37 divinitate  $\delta$  40 prior] *cf. en.* 121,5,34; prius  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $\zeta$  *ma* 43 ergo] enim  $\alpha$   
 44 participes erimus *tr.*  $X$  *ma* 46 apte  $C_1^2$   $So_1$   $X$  *ma*; a me  $\alpha$ ; ante *cett.*  
 47 quam videatis  $\zeta$  | redite ad remedia] remedio  $C_1$   $P_7$ ; redite ad remedium  
 $So_1$   $X$  *ma* 48 duritia] conteratur animi duritia *add.*  $\pi$  (*exc.*  $V_2$ )  $\varepsilon$   $T$  49 alligavit  $C_1$   $P_7$  50 fracturam  $\delta$  51 quae] nobis *add.*  $\delta$  12, 1 difficultatem  $\gamma_1$   
 2 cum] quam  $C_1$   $P_7$  3 intellegis<sup>1</sup>] intellegeres  $\delta$  | parum intellegis *om.*  $\pi$   
 4 consequeris  $\zeta$   $D$  *ma*

apertum; differ pietate intelligentiam. Noli protervus esse accu- 5  
 sare aut obscuritatem aut quasi perversitatem scripturae. Perver-  
 sum hic nihil est; obscurum autem aliquid est, non ut tibi nege-  
 tur, sed ut exerceat accepturum. Ergo quando obscurum est,  
 medicus illud fecit, ut pulses; voluit, ut exercereris in pulsando;  
 voluit ut pulsanti aperiret. Pulsando exerceberis; exercitatus 10  
 latior efficeris; latior factus capies quod donatur. Ergo noli indig- cc 2131  
 nari quod clausum est; mitis esto, mansuetus esto. Noli recalci-  
 trare adversus obscura, et dicere: ‘Melius diceretur, si sic diceretur’.  
 Quando enim potes tu sic dicere aut iudicare, quomodo dici  
 expediat? Sic dictum est, quomodo dici debuit. Non corrigat 15  
 aeger medicamenta sua; novit ea medicus modificare; ei crede qui  
 te curat. Ideo quid sequitur? SUSCIPIENS MANSUETOS DOMINUS.  
 Noli ergo resistere adversus clausa dei; mansuetus esto, ut susci-  
 piat te. Si autem resistis, audi quod sequitur: HUMILIANS AUTEM 20  
 PECCATORES USQUE AD TERRAM. Multa genera sunt peccato-  
 rum. HUMILIANS PECCATORES USQUE AD TERRAM: quos peccato-  
 res, nisi contrarios mansuetis? Ex eo quippe quod ait: SUSCIPIENS  
 MANSUETOS DOMINUS, HUMILIANS AUTEM PECCATORES USQUE  
 AD TERRAM, speciem quandam peccatorum ex praedicta mansue-  
 tudine voluit intellegi. Peccatores ergo hoc loco immites, et eos 25

---

12, 10 ut pulsanti aperiret] *cf.* Matth. 7,7

---

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$   $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$   
 12, 18 noli] *inc.*  $K$  22 mansuetis] *des.*  $K$  25 peccatores] *inc.*  $K$

---

5 differ *om.*  $C_1 P_7$ ; differt  $\pi$  (*exc.*  $Mc_1$ ) | pietatem  $\varepsilon \gamma_1$  | intellegentia  $\delta U \varepsilon$   
 6 quasi *om.*  $\delta$  9 facit  $\alpha An_4$  | exercearis  $\delta$ ; exerceris  $C_1 P_7 P_{23} Y$  10 excita-  
 tus  $\delta$  11 efficeris  $\gamma_1$  12 mansuetos estu  $\delta$  13 adversus obscura *om.*  $\varepsilon P_{23}$   
 18 estu  $\delta$  19 quid sequatur  $\delta UK P_{23}$ ; quid sequitur  $\alpha KY$  21 humilians  $\alpha$   
 U; autem *add. cett. ma*

qui mansueti non sunt intellegimus. Quare humiliat usque ad terram? Reprehendunt intellegibilia: terrena sensuri sunt.

(13.) Hoc fecit omnibus qui voluerunt irridere legem, antequam nossent; non enim fuerunt mansueti. Intellegat caritas vestra. Exstitit quaedam perditissima secta Manichaeorum; acceptas scripturas et lectas irrisit: reprehendere voluit quod non intellegebat, et exagitando et reprehendendo non intellecta multos illaqueavit. Sed humiliati sunt, qui hoc facere voluerunt, USQUE AD TERRAM. Non sunt permisi intellegere caelestia, terrena sapuerunt. Quidquid audis in fabulis ipsorum, non nisi blasphemia est, et quaedam figmenta imaginum corporalium: quandoquidem  
 10 volentes intellegere deum usque ad lucis istius visibilis cogitationem venerunt, ultra ire non potuerunt; et tales campos lucis fecerunt in regno dei, qualem videbant hunc solem, quasi frustum lucis illius. Totum autem hoc quod per terram carnis tangitur, terra est deo. Habemus enim unde videamus, unde audiamus,  
 15 unde odoremus, unde gustemus, unde tangamus. Caro ista per quinque nuntios quosdam, quos appellamus sensus, percipit non nisi corporalia; intellegibilia vero et spiritalia mente capiuntur. Quia ergo illi obscuritatem scripturarum irriserunt, quae propterea clausa erat, ut pulsantes exercerentur, non ut parvulis negarentur, humiliati sunt usque ad terram, ut cogitare amplius non  
 20 possint, quam quod per terram percipitur. 'Per terram' quid

13, 7sq. terrena sapuerunt] *cf.* Phil. 3,19  
 Dolbeau 21,5,161 (p. 283)

11 campos lucis] *cf.* serm.

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 26 intellegimus] *des.*  $K$

26 non sunt mansueti *tr.*  $\delta$  13, 1 facit  $\varepsilon \gamma_1$  | hominibus  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} ma$   
 7 terrena] et *praem.*  $\gamma_1$  8 eorum  $\zeta$  12 fructum  $\alpha \varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$   
 14 enim] autem  $\delta$  18 irriserunt scripturarum *tr.*  $\delta$  19 causa  $\delta$  | clausae  
 erant  $\varepsilon T ma$  | parvuli  $\alpha$  | negaretur  $P_{23} C_1^2$  21 possent  $So_1 ma$

dico? Per carnem. Caro enim ista terra est, et de terra facta est. Quidquid per oculos capis, ad terram pertinet; quidquid per aures, quidquid per olfactum, quidquid per gustatum, quidquid per tactum, ad terram pertinet, quia per terram percipitur. Illi ergo non valebant intellegere intellegentiam, cuius non est numerus, quia INTELLEGENCIAE ILLIUS NON EST NUMERUS. Reprehendentes scripturas mysticis quibusdam rebus salubriter tegentes intellegentiam, ut parvuli exerceantur, et ipsa reprehensione immites facti, quod contrarium est mansuetis, humiliati sunt usque ad terram, ut incorporalem deum sentire non possent, et quidquid de deo cogitarent, non nisi corporaliter cogitarent.

(14.) HUMILIANS ergo est DEUS PECCATORES USQUE AD TERRAM. Quid ergo debemus facere nos, si nolumus humiliari usque ad terram? Quia magnum est proficere usque ad intellegibilia, magnum est proficere usque ad spiritalia, magnum est eo pervenire cor, ut noverit esse aliquid quod non per locos tenditur, nec per tempora variatur. Qualis est enim species sapientiae? Quis illam cogitat? Longa est? Quadra est? Rotunda est? Modo hic et modo ibi est? Cogitat sapientiam nescio quis in oriente, cogitat illam alius in occidente: si bene illam cogitant, in tanta locorum diversitate positi, ambobus tota praesto est. ‘Quid est hoc? Quis illud capit? Istam substantiam, istam quandam divinam incommutabilemque naturam quis capit?’ Noli festinare,

---

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$      $\lambda$ :  $\pi U$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F M c_1)$

---

22 enim *om.*  $\delta$     24 gustatum  $U Y$  (*cf. infra* 147,10,16); gustum *cett. ma*  
 26 intellegentia  $C_1 P_7$     27 eius  $An_4 X ma$     28 mysticas  $H_1 \varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23}$  | quidam  $\gamma_1$  | egentes intellegentia  $\alpha$     31 dominum  $\delta \gamma_1$  | possint  $H_1 C_1 P_7$   
 14, 2 nos facere *tr.*  $\zeta$  | humiliari] nos *add.*  $\alpha$     4 est<sup>1.2</sup> *om.*  $\delta$     5 locum  $\varepsilon \gamma_1 \zeta$ ; loca  $Y ma$  | tendatur  $N^2 An_4 P_{23} T$ ; ostendatur  $\gamma_1$ ; ostenditur  $Y^2 P_{15}$ ; extendatur *lo ma*    6 nec ... variatur *om.*  $V_2 \alpha_2$  | varietur  $So_1 X ma$     9 alius] nescio quis  $U$     10 inpositi  $U$ ; possit  $C_1 P_7$     11 quis *om.*  $\pi \varepsilon$

poteris capere. Audi quod sequitur: **INCIPITE DOMINO IN CON-** v. 7  
**FESSIONE.** Hinc incipe, si vis pervenire ad intelligentiam perspi-  
 15 cuam veritatis. Si vis a via fidei perduci ad possessionem speciei,  
 incipe in confessione. Te prius accusa; te accusato deum lauda.  
 Invoca quem nondum nosti, ut veniat et sciatur: non ut ipse  
 venias, sed ut te ad se perducatur. ‘Quomodo ipse venit unde num-  
 quam discedit?’ Ipsa est enim perfectio sapientiae: ubique est, et  
 20 longe est a malis; ubique est, inquam, et longe est a malis. Ubi  
 sunt? Rogo vos, a quibus longe est quod ubique est? Ubi putatis,  
 nisi quia iacent in dissimilitudine sua, exterminantes in se simili-  
 tudinem dei? Dissimiles facti recesserunt? Reformati redeant.  
 ‘Unde, inquit, reformabimur? Quando reformabimur?’ **INCIPITE**  
 25 **DOMINO IN CONFESSIONE.** ‘Post confessionem quid?’ Sequantur  
 bona opera. **PSALLITE DEO NOSTRO IN CITHARA.** Quid est **IN**  
**CITHARA?** Quod iam exposui: sicut illud in psalterio psalmus, sic  
 et cithara, non sola voce, sed et opere. **PSALLITE DEO NOSTRO IN**  
**CITHARA: (15.)** ecce confitemini, operamini opera misericordiae.  
 PSALLITE DEO NOSTRO. Cui DEO NOSTRO? **QUI COOPERIT** v. 8  
 mi 1909 **CAELUM NUBIBUS.** Quid est **QUI COOPERIT CAELUM NUBIBUS?**  
 Qui contegit scripturam figuris et sacramentis. Ille qui humiliat

14, 27 exposui] cf. supra 2,4sqq.

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 14, 13 incipite] inc. K 16 lauda] des. K 24 incipite] inc. K 26 cithara]  
 des. K 15, 1 ecce] inc. K 4 sacramentis] des. K

13 quid  $V_2 \gamma_1 P_{23} Y$  14 hic  $C_1 P_7$  | perspicuam] per speciem  $\delta$  15 ad viam  
 $\pi \varepsilon C_1 P_7$  16 incipite  $C_1 P_7$  17 sciatur] speciatur  $C_1 (uv.) P_7$  18 venias]  
 veniat  $\alpha So_1 T ma$  20 est a malis<sup>2</sup>] a malis est *tr.*  $\delta$  | ubi] qui ubique  $N$  (qui-  
 que ubi  $An_4 \gamma_1 T ma$  22 dissimilitudine] similitudine  $\delta$  | se om.  $\delta$   
 23 dissimiles  $\gamma_1 ma$ ; si *prae.* *cett.* 24 reformabimur!] -bitur  $\alpha A$  25 se-  
 quatur  $C_1 P_7$ ; sequitur  $So_1 X$  27 exposuit  $\delta U \varepsilon$  28 non sola] nec sola  $\alpha$ ;  
 non solum  $X ma$  15, 2 cui deo nostro om.  $\lambda$  4 contigit  $\delta C_1 P_7$

peccatores usque ad terram, ille qui suscipit mansuetos, COOPERIT CAELUM NUBIBUS. Et quis videat caelum quod coopertum est nubibus? Noli timere; audi quid sequatur: COOPERIT CAELUM NUBIBUS, QUI PARAT TERRAE PLUVIAM. QUI COOPERIT CAELUM NUBIBUS, expavisti, quia non vides caelum; complueris, fructificabis, et serenum videbis. COOPERIT CAELUM NUBIBUS, QUI PARAT TERRAE PLUVIAM: forte hoc fecit dominus deus noster. Nisi enim haberemus occasionem obscuritatis scripturarum, ista vobis, quibus gaudetis, non diceremus. Haec ergo fortasse pluvia est ad quam gaudetis. Exprimi vobis per linguam nostram non posset, nisi deus nubibus figurarum caelum scripturarum cooperiret. Ad hoc ergo ille cooperit caelum nubibus, ut paret terrae pluviam. Ad hoc obscura esse voluit dicta prophetarum, ut haberent postea servi dei quod interpretando influerent super aures et corda hominum excipientium de nubibus dei saginam laetitiae spiritalis. QUI COOPERIT CAELUM NUBIBUS, QUI PARAT TERRAE PLUVIAM.

(16.) QUI EXORIRI FACIT IN MONTIBUS FENUM, ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM. Ecce fructus pluviae. QUI EXORIRI inquit FACIT IN MONTIBUS FENUM. Numquid non et in terra humili? Sed quod magnum est, IN MONTIBUS. Montes dicit excelsos saeculi: aliqua magna dignitate praeditos hoc loco montes

---

$\pi$ :  $\alpha(V_2Mc_1)$   $\delta(AH_1)$   $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $NAn_4$   $\gamma_1$ :  $C_1P_7So_1$   $\zeta$ :  $P_6T$   $K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$  || 6 et]  
 inc.  $K$  8 pluviam] des.  $K$  13 haec] inc.  $K$  16, 2 pluviae] des.  $K$   
 4 montes] inc.  $K$

---

5 suscipiet  $\delta \varepsilon \zeta$  6 opertum  $\zeta$  7 noli ... nubibus *om.*  $\delta$  | quod sequatur  $K$ ;  
 quod sequitur  $Yma$  | cooperit] qui *praem.*  $\varepsilon \gamma_1 \zeta Yma$  8 qui<sup>1</sup>] quis  $\delta$   
 9 complueris] cum pluerit *lo ma* 13 non diceremus quibus gaudetis *tr.*  $\gamma_1$   
*ma* 15 figurarum] figura  $C_1$ ; figuram  $P_7$  17 obscurata  $\delta$  | obscura esse]  
 obscurare  $C_1P_7$  | voluit esse *tr.*  $\alpha K w$  16, 3 inquit *om.*  $\pi \varepsilon$  | numquid]  
 num *om.*  $\pi$  | in<sup>2</sup> *om.*  $\gamma_1$  4 humilis  $\varepsilon \gamma_1$  | quod *om.*  $\pi P_6$

accipe. Et non est mirum quia duo minuta misit nescio quae  
 vidua in gazophylacium: terra attulit fenum, terra humilis. Et  
 mons attulit: Zacchaeus ille maior publicanorum; hoc enim erat  
 mirabilius quia mons attulit fenum. Quanto enim elati sunt  
 10 homines, tanto avari sunt; et quanto in hoc saeculo maiores,  
 tanto plus amant divitias. Unde ille tristis abscessit, qui consilium  
 vitae aeternae petebat a domino, et appellavit eum magistrum  
 bonum dicens: *Quid faciam ut vitam aeternam habeam?* Et ille:  
*Serva mandata. Quae?* Et dixit mandata legis. *Haec omnia feci a*  
 15 *iuventute mea. Unum tibi inquit deest. Vis esse perfectus? Vade, ven-*  
*de omnia tua quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in*  
*caelo; et veni, sequere me,* quia dixit dominus: 'Ecce mons es, ac-  
 cipe pluviam, da fenum'. Quid enim daturus es? Nonne fenum?  
 Etenim omnia ista quae ecclesiae ad necessitates servientium deo  
 20 dantur a divitibus, quid sunt, nisi fenum? Carnalia enim sunt, et  
 ad tempus apparentia, sed non inde aliquid carnale conquiritur.  
 De rebus vilibus quid emas attende. Apostolus enim ait, osten-  
 dens fenum esse illud: *Si nos vobis spiritalia seminavimus, mag-*  
*num est si vestra carnalia metamus?* Et audi quia carnalia fenum  
 25 sunt. *Omnis caro fenum; et omnis claritas hominis ut flos feni.* Ergo  
 ille tristis abscessit; et ait dominus: *Quam difficile dives intrat in*

16, 6sq. duo ... gazophylacium] cf. Marc. 12,42      8 Zacchaeus] cf. Luc.  
 19,2-8    13-17 quid ... me] Matth. 19,16.17.21    23sq. 1 Cor. 9,11    25 Is.  
 40,6    26sq. Matth. 19,23

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U f_3$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T$   
*K (exc.) P<sub>23</sub>    lectiones selectae: D P<sub>3</sub> P<sub>5</sub> P<sub>15</sub> Y X e<sub>3</sub> w,  $\alpha_2$  (= F<sub>2</sub> F Mc<sub>1</sub>)*  
 10 sunt] *des. K*    19 etenim] *inc. K*    21 conquiritur] *des. K*    25 fenum] *inc.*  
*f<sub>3</sub>*

7 gazophylacio  $\gamma_1$     10 maiores] maior est  $\alpha$     11 divitias] suas *add. U  $\gamma_1$  P<sub>15</sub>*  
*Y ma*    15 inquit tibi *tr.  $\delta X ma$  | vade om.  $\delta$*     16 tua *om.  $\varepsilon \zeta P_{23} Y w$*   
 17 caelum  $\varepsilon$     | quia] quasi  $C_1^2 So_1$ ; quid *Y ma*    18 pluviam] et *add. X ma*  
 19 ista omnia *tr. X ma*    22 quid emas] quidem has  $\alpha$     24 metemus  $\delta N C_1$   
 26 ille *om.  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} w$*



*regnum caelorum!* Hoc ergo magnum, quia EXORIRI FACIT IN cc 2134  
 MONTIBUS FENUM. Et quomodo EXORIRI FACIT IN MONTIBUS  
 FENUM, si dives ille, audito quod deberet res suas dare pauperi- mi 1910  
 bus, tristis abscessit? Quomodo postea respondit apostolis con- 30  
 tristatis: *Quae hominibus difficilia sunt, deo facilia sunt.* Ergo ille  
 EXORIRI FACIT IN MONTIBUS FENUM, cui omnia facilia sunt.  
 Nam nihil esset sterilius durissimis montibus. Pluit ille QUI  
 FACIT EXORIRI IN MONTIBUS FENUM, ET HERBAM SERVITUTI  
 HOMINUM. Cui SERVITUTI? Ipsum Paulum attende: *Nos autem* 35  
*inquit servos vestros per Iesum.* Qui dicebat: *Si nos vobis spiritalia*  
*seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus?*, servum se  
 dixit. Servimus enim vobis, fratres. Nemo se nostrum dicat quasi  
 maiorem esse vobis. Erimus maiores, si fuerimus humiliores:  
*Quicumque autem vult esse maior vester* – domini sententia est – 40  
*erit vester servus.* Ergo EXORIRI FACIT IN MONTIBUS FENUM ET  
 HERBAM SERVITUTI HOMINUM. Paulus quidem apostolus mani-  
 bus suis vivens, ipsum fenum montium noluit accipere, noluit  
 indigere, sed tamen montes dabant fenum. Non quia ille noluit  
 accipere, propterea montes dare non deberent, aut steriles rema- 45  
 nerent. Debetur pluviae fructus, debetur servo cibus, sicut domi-

31 Matth. 19,26 35sq. 2 Cor. 4,5 40sq. Matth. 20,26 42sq. Paulus ...  
 vivens] cf. Act. 18,3; 1 Cor. 4,12; 1 Thess. 2,9

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 27 hoc] inc.  $K$  32 fenum] des.  $K$  34 et] inc.  $K$  36 Iesum] des.  $K$   
 37 servum] inc.  $K$  39 esse] des.  $K$

29 res suas deberet tr.  $\gamma_1$   $ma$  30 apostolis respondit tr.  $\zeta$  32 facit exoriri  
 tr.  $\delta$  36 Iesum] Christum add.  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $\zeta$   $ma$  37 dixit se tr.  $\zeta$  38 servimus]  
 servi sumus  $U$  | nostrum se tr.  $\zeta$  39 vobis esse tr.  $X$   $ma$  40 vester] ves-  
 trum  $V_2$   $ma$  43 ipse  $\delta$  | accipere noluit tr.  $\varepsilon$   $\zeta$  | noluit?] voluit  $\alpha$   $\zeta$   $P_{23}$   $ma$   
 44 dabunt  $\delta$  | non] nam  $\zeta$   $X$ ; num  $ma$  45 aut] ut  $X$   $ma$  | sterilis  $\gamma_1$   
 46 pluvia  $C_1$   $P_7$

nus ait: *Manducate quae ab ipsis sunt*; et ne putarent aliquid de suo donare: *Dignus est enim inquit operarius mercede sua.*

(17.) Itaque, fratres, quoniam contigit iam ex ista occasione aliquid loqui vobis, maxime quia loquimur talia nos non quaerentes a vobis – et ideo liberius dicimus –, sed etsi quaereremus, fructum vestrum quaereremus, et non nostras opes, sed vestram iustitiam, tamen admoneo breviter, quoniam iam multa diximus, et aliquando sermo finiendus est: si vultis non esse steriles, ut reddatis pro pluvia fecunditatem, ne damnetur postea sterilitas vestra – minatur enim deus terrae sterili et spinosae ignem, sicut fructuosae horreum parat –, efficite ut vos ipsos exigatis, efficiamini exactores vestri. Christus tacitus exigit, et maior est vox tacentis, qui in evangelio non tacet. Non enim vere tacet, cum dicit: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut et ipsi recipiant vos in tabernacula aeterna.* Non tacet ipse: audite vocem ipsius. Nemo enim vos potest exigere, nisi forte exactione opus est, ut qui vobis in evangelio serviunt, petant a vobis. Si ad hoc ventum fuerit ut petant, videte ne quod vos a deo petitis, frustra petatis. Ergo estote exactores vestri, ne aliquid illi qui vobis in evangelio serviunt, non dico petere cogantur – nam forte nec coacti petunt –, sed ne silentio vos arguant. Unde scriptum est: *Beatus qui intellegit super egenum et pauperem.* Cum dicit: *Qui intellegit super*

47 Luc. 10,8      48 Luc. 10,7      17, 8 minatur ... ignem] cf. Hebr. 6,7–8 fructuosae ... parat] cf. Matth. 3,12; 13,30    11–13 Luc. 16,9    19sq. Ps. 40,2

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U f_3$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

47 apud ipsos  $\alpha$  | de suo aliquid *tr.*  $\zeta$     17, 4 nostras] vestras *lo ma*    5 quia  $\alpha$  | multa iam *tr.*  $\zeta$     6 finiendus est sermo *tr.*  $\zeta$  | sterilis  $C_1 P_7$     7 nec  $\delta An_4$     8 terra  $\delta N$     10 quia  $U f_3 P_7 ma$     12 amicos vobis *tr.*  $N P_{23}$  | et *om.*  $\delta$     13 aeterna tabernacula *tr.*  $X ma$  | eius  $X ma$     14 vos] a vobis  $\zeta$  | exige  $\delta$     18 dico  $f_3 al.$ ; dicant  $\pi \varepsilon$ ; dicam  $\zeta$     20 cum ... pauperem *om.*  $\alpha$  | cum ... exspectat] *anacoluthon*

*egenum et pauperem*, non exspectat ut petat. Intellege super illum: alius te quaerit indigens, alium tu debes quaerere indigentem. Utrumque dictum est, fratres mei, et *Omni petenti te da*, modo lectum est, et alio loco scriptura dicit: *Sudet eleemosyna in manu tua, quousque invenias iustum cui eam tradas*. Alius est qui te quaerit, alium tu debes quaerere. Nec eum qui te quaerit relinquo inane: *Omni enim petenti da*, sed alius est quem tu debes quaerere: *Sudet eleemosyna in manu tua quousque invenias iustum cui des*. Numquam hoc facietis, nisi aliquid de rebus vestris sepositum habueritis, quod cuique placet pro necessitate rei familiaris suae, tamquam debitum quasi fisco reddendum. Si non habet rem publicam suam Christus, non habet fiscum suum. Fiscus enim scitis quid sit. Fiscus saccus est; unde et fiscellae et fiscinae dicuntur. Ne putetis quia aliquis draco est fiscus, quia cum timore auditur: ‘Exactores fisci!’ Fiscus saccus est publicus. Ipsum habebat dominus hic in terra, quando loculos habebat; et ipsi loculi Iudae erant commissi, Iudae traditori – patiebatur dominus et furem, et in ipso ostendens ubique patientiam suam; tamen illi qui conferebant, in loculos domini conferebant. Nisi forte putatis, quia dominus ibat, et petebat aut indigebat, cui angeli serviebant, qui de quinque panibus tot milia hominum pavit; quare

---

23 Luc. 6,30 (ex lectione illius diei, ut vid., at cf. s. 10,32 modo ait dominus) 24sq. non reperiri; at cf. Didach. 1,6; en. 102,12,10sq. 36 loculos habebat] cf. Ioh. 12,6 38 furem] cf. ibid. 40sq. cui ... serviebant] cf. Matth. 4,11 41 qui ... pavit] cf. Matth. 14,19–21

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

---

21 exspectat  $f_3$  al.; expetat  $\pi$ ; expetes  $\alpha_2$  24 in manu om.  $C_1 P_7$  25 invenies  $N P_{23}$  27 enim om.  $\alpha An_4$  | petenti] te add.  $An_4 X ma$  28 invenies  $\varepsilon \gamma_1$  29 repositum  $\alpha$  33 quid sit scitis tr.  $\delta$  | fiscella  $\gamma_1$  34 fiscus est tr.  $\delta$  35 exactores  $U \gamma_1$ ; exactor cett.  $ma$  37 Iudam traditorem  $So_1 X P_6 ma$  40 dominus] deus  $N \zeta$  | petebat] non praem.  $\zeta$  | aut indigebat om.  $\alpha$

ergo egere voluit, nisi ut daret exemplum montibus, et parerent fenum, ne contra pluviam sterilitatem redderent? Praecidite ergo aliquid, et deputate aliquid fixum, vel ex annuis fructibus vel ex  
 45 quotidianis quaestibus vestris. Nam quasi de vivo videris dare, et necesse est trepidet manus tua, quando illam porrigis ad id quod non devoveras. Exime aliquam partem reddituum tuorum. Decimas vis? Decimas exime, quamquam parum sit dictum. Dictum est enim quia Pharisei decimas dabant: *Ieiuno bis in sabbato, deci-*  
 50 *mas do omnium quaecumque possideo.* Et quid ait dominus? *Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum.* Et ille super quem debet abundare iustitia tua, decimas dat. Tu autem nec millesimam das? Quomodo eum superabis cui non aequaris? QUI COOPERIT CAE-  
 55 LUM NUBIBUS, QUI PARAT TERRAE PLUVIAM, QUI EXORIRI FACIT IN MONTIBUS FENUM, ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM.

cc 2136 (18.) ET DAT PECORIBUS ESCAM EORUM. Pecora ista dicit v. 9 greges dei. Non fraudat deus gregem suum esca sua per homines, quorum servituti herbam facit exoriri. Unde dicit apostolus: *Quis pascit gregem, et de lacte gregis non percipit?* QUI DAT PECORIBUS  
 5 ESCAM IPSORUM.

ET PULLIS CORVORUM QUI INVOCANT EUM. Hoc forte putabimus, quia corvi invocant deum, ut det eis escam? Ne hoc

---

49sq. Luc. 18,12 50–52 Matth. 5,20 18, 3sq. 1 Cor. 9,7

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $Hi$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   $K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $\omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ ) 17, 56 et] *inc.*  $K$  18, 6 eum] *des.*  $K$

---

42 et] ut  $\delta$   $P_{23}$   $So_1$   $X$   $P_6$  *ma*; *om.*  $V_2$  | parare  $\alpha$ ; pararent  $P_{23}$   $Y$   $P_{15}$   $X$  43 praecidit  $\delta$  44 fisco  $C_1$ <sup>2</sup>  $P_3$   $P_{15}$   $D$  45 de vivo] divino  $\gamma_1$  46 trepidet  $f_3$  *al.*; ut *praem.*  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $\zeta$   $P_{23}$  *ma* | illam] illa  $P_{23}$   $Y$   $P_{15}$ ; illud  $\pi$  (*exc.*  $V_2$ ) | ad id porrigis *tr.*  $\zeta$  47 reddituum  $\alpha$  *ma* 48 dictum<sup>1</sup>  $\pi$ ; *om.*  $f_3$  *cett.* *ma* 49 decimas pharisei *tr.*  $\zeta$  50 quid  $f_3$  *al.*; quae  $\lambda$   $\varepsilon$   $\zeta$   $P_{23}$   $Y$  51 iustitia vestra  $f_3$  *al.*; -am -am  $U$  54 superabis eum *tr.*  $T$  *ma* 18, 1 eorum] ipsorum  $T$  *ma* 2 gregis  $\delta$  7 putavimus  $C_1$   $P_7$  | deum invocant *tr.*  $X$  *ma* | illis  $P_6$  *ma*

cogitatis, irrationalem animam invocare deum; non novit invocare anima deum, nisi sola rationalis; in figura accipite dictum. Ne putetis, sicut impii quidam dicunt, revolvi animas humanas ad pecora, ad canes, ad porcos, ad corvos: hoc a cordibus vestris excludite et a fide vestra. Anima humana facta est ad imaginem dei: non dabit imaginem suam cani et porco. Quid est ergo ET PULLIS CORVORUM QUI INVOCANT EUM? Qui sunt pulli corvorum? Israelitae se solos iustos dicebant, qui legem acceperant; ceteros omnes omnium gentium homines peccatores dicebant. Et vere omnes gentes in peccato, in idolatria, in adoratione lapidum atque lignorum erant; sed numquid sic remanserunt? Etsi non ipsi corvi parentes nostri, tamen pulli corvorum, nos ipsi, invocamus dominum. DAT PECORIBUS ESCAM IPSORUM, ET PULLIS CORVORUM QUI INVOCANT EUM. Ipsi sunt pulli corvorum, quibus dicit Petrus: *quia non corruptibili argento vel auro redempti estis de supervacua vestra consuetudine a parentibus vestris tradita*. Proficientes enim pulli corvorum qui simulacra colere videbantur parentum suorum, conversi sunt ad deum. Et audis modo pullum corvi invocantem unum deum. ‘Quid ergo? Dimisisti patrem tuum?’, dicis pullo corvi. ‘Dimisi plane: ille enim corvus non invocans deum, ego pullus corvi invoco deum’. ET PULLIS CORVORUM QUI INVOCANT EUM.

10 impii quidam] *sc. Manichaei vel etiam Platonici* (cf. c. Adim. 12,1, CSEL 25, p. 139; 12,2, p.140; c. Faust. 20,20, p. 361; c. Iulian. 2,7,19, *mi* 44,686C) 12sq. anima ... dei] cf. Gen. 1,26 22sq. 1 Petr. 1,18

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) 14 qui<sup>2</sup>] *inc. K* 16 dicebant] *des. K* 18 sed] *inc. K* 20 dominum] *des. K* 23 proficientes] *inc. K* 25 deum] *des. K*

8 anima invocare *tr. Y P\_6 ma* 11 a] *ex  $\delta$*  15 iustos] *esse add.  $\zeta$  | qui] quia  $P_{23} Y ma$  | qui legem] quales  $C_1 P_7$  17 in peccato omnes gentes *tr.  $\zeta$*  19 patres  $\gamma_1$  20 deum  $X ma$  21 qui] *quia  $C_1 P_7$*  23 a *om.  $\delta$*  25 dominum  $\alpha H_1$*

**(19.) NON IN POTENTATU EQUI VOLUNTATEM HABEBIT.** v. 10

Potentatus equi est superbia. Videtur enim equus veluti ad suggestum hominis accommodatus, ut altior incedat. Et revera est in eo cervix, indicans quandam superbiam. Non se extollant homines in suis dignitatibus, non se sublimes putent honoribus; caveant ne equo indomito praecipitentur. Vide enim quid dictum est in alio psalmo: *Hi in curribus et hi in equis; nos autem in nomine dei nostri magnificabimur*, hoc est illi in honoribus temporalibus, nos in nomine domini dei nostri magnificabimur. Propterea illis quid accidit? Videte quid sequitur: *Illis obligati sunt pedes et ceci-derunt; nos vero surreximus et erecti sumus*. NON IN POTENTATU EQUI VOLUNTATEM HABEBIT.

**NEC IN TABERNACULIS VIRI BENE SENTIET.** IN TABERNACULIS inquit VIRI. Est enim tabernaculum domini ipsa sancta ecclesia toto orbe diffusa. Haeretici dividentes se ab ecclesiae tabernaculis sibi tabernacula posuerunt: non in ipsis tabernaculis viri bene sentiet deus. Sed pullum corvorum attende dicentem: *Elegi abici in domo dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum*. Etenim si alicui bono pio confitenti infirmitatem suam, pullo corvi invocanti deum contingit forte in ecclesia carere honore temporali, non ita extra ecclesiam, non sibi facit extra ecclesiam tabernaculum, in quo non bene sentiat deus; sed quid

19, 7sq. Ps. 19,8 10sq. Ps. 19,9 18sq. Ps. 83,11

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $\omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 19, 2 est]  $des. f_3$  11 non]  $inc. K$  15 diffusa]  $des. K$

19, 2 potentatus equi est  $f_3$   $al.$ ; equi (et qui  $\delta$ ; et quis  $An_4$ ) est potentatus  $tr.$   $\pi$   
 $\varepsilon$   $\zeta$   $P_{23}$  | equus] eius  $U$  4 non se] nonne  $\delta$  5 non se] nonne  $\delta$  6 quod  $\delta$   
 8 dei] domini  $add.$   $\alpha$   $An_4$   $\zeta$   $So_1$   $X$   $ma$  9 dei  $om.$   $\gamma_1$  10 accedit  $V_2$ ,  $A$  ( $ac.$ )  $C_1$   
 12 equo  $C_1$   $P_7$  | habebunt  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $Y$  13 in tabernaculis inquit viri  $om.$   $\alpha$   
 16 tabernaculis<sup>1</sup>] tabernaculo  $C_1$   $P_7$  18 dei] domini  $X^2$   $ma$  19 si] sic  $C_1$   $X$   
 20 contigit  $U$  21 it] id  $\delta$   $\varepsilon$   $P_7$   $P_{15}$   $T$  ( $C_1$   $lnp$ ) 22 deus] dominus  $\gamma_1$  | quid]  
 quod  $C_1$   $P_7$

dicit? *Elegi abici in domo dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* NEC IN TABERNACULIS VIRI BENE SENTIET.

v. 11

(20.) Sed quid adiungit? BENE SENTIT DOMINUS IN TIMENTIBUS EUM, ET IN HIS QUI SPERANT IN MISERICORDIA IPSIUS. BENE SENTIT DOMINUS IN TIMENTIBUS EUM; sed numquid sic timetur deus, quomodo latro? Nam et latro timetur, et bestia timetur, et homo iniustus et potens multum timetur. BENE SENTIT DOMINUS IN TIMENTIBUS EUM; sed quomodo TIMENTIBUS? ET IN HIS QUI SPERANT IN MISERICORDIA IPSIUS. Ecce timuit eum Iudas traditor Christi, sed non speravit in misericordia ipsius. Postea enim paenituit illum quod tradiderit dominum, et dixit: *Peccavi, quia tradidi sanguinem iustum.* Bene quidem timuisti, sed sperares in misericordia eius quem timuisti. Ille desperando abiit, et laqueo se suspendit. Ergo sic time dominum, ut speres in misericordia eius. Si times latronem, ab alio speras auxilium, non ab eo quem times. Poscis auxilium ab eo quem non times, adversus eum quem times. Si sic times deum, et ideo times deum quia peccator es, a quo accepturus es auxilium adversus deum? Quo iturus? Quid facturus? Vis ab illo fugere? Ad ipsum fuge. Vis

5

10

mi 1913

15

20, 10 Matth. 27,4 11sq. ille ... suspendit] cf. Matth. 27,5

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) 20, 1 bene] inc.  $K$  3 eum] des.  $K$  6 sed] inc.  $K$  13 eius] des.  $K$  15 si ... 17 fuge] cf. Prosp. lib. sent. 77 (cc 68A, p. 275)

23 dei] domini  $\gamma_1 ma$  20, 1 sentit  $\pi P_{23} D P_{15} Y$ ; \*sensit  $U Psalt. Ver.$  sentiet cett.  $ma$  | super timentes  $\alpha$  2 ipsius] eius  $F_2 T ma$  3 sentit  $U \gamma_1 ma$ ; sentiet cett. 4 latro<sup>1</sup>] et *praem.*  $\varepsilon \gamma_1 P_{23} X T ma$  5 iniustus] iustus  $\alpha$  | multum *om.*  $P_{15} P_6$  | sentiet  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$  6 sed quomodo timentibus *om.*  $U$ , *add. sl. U<sup>1</sup>* | timentibus<sup>2</sup>] eum *add. So<sub>1</sub> X ma* 7 in<sup>1</sup> *om.*  $\varepsilon$  | ipsius] eius  $Y ma$  9 enim *om.*  $\pi$  | eum  $\alpha X ma$  10 tradidi] tradens  $\alpha w$  11 sperares  $U K N$  (*probavit Weidmann*); speraris  $C_1$ ; non speraris  $P_7$ ; si *praem.*  $N^1 cett. ma$  ipsius  $\zeta$  13 si] sic  $\varepsilon C_1 P_7$  | times] si sic times *add.  $\pi$  (exc.  $H_1$ )  $\varepsilon \zeta Y$*  14 poscis ... times *om.*  $H_1 C_1 P_7$  16 a quo *om.*  $\pi \varepsilon \zeta$  17 iturus] es *add. Y P\_{15} X P\_6*